

Opus humanum est inquirere pacem et persequi eam. Hoc enim fecerunt hii tres proceres de quibus infra fit mencio, ubi fides interfuit.

Opus inferni est pacem turbare, iustosque regni interficere.

Hoc enim Ricardus capitosus dolosa circumuentione facere non timuit.

Opus in Cristo est deponere superbos de sede et exaltare humiles. Hoc enim deus fecit; odiosum Ricardum de Solio suo proiecit, et plium Henricum omni dilectione gratissimum cum gloria sublimari constituit.

Hic in prima parte cronice compositor tempora distinguens, causas vnde regnum fuit in se diuisum, postmodum per singula tractabit.

Qualiter infortunatus rex Ricardus, virgam dei non metuens, de malo in peius suam semper maliciam continuauit.

ISTA tripertita, sequitur que, mente perita
Cronica seruetur; nam pars que prima videtur
Est opus humanum, pars illa secunda prophanum
Est opus inferni, pars tertia iure superni
Est opus in Cristo. Vir qui bene sentit in isto
Scire potest mira, quid amor sit, quid sit et ira:
Est tamen hoc clamor, 'Omnia vincit Amor.'

TOLLE caput mundi, C ter et sex lustra fer illi,
Et decies quinque cum septem post super adde:
Tempus tale nota, qui tunc fuit Anglia mota.
Dum stat commotus Ricardus amore remotus,
Principio Regis oritur transgressio legis,
Quo fortuna cadit et humus retrograda vadit.
Quomodo surrexit populus, quem non bene rexit,
Tempus adhuc plangit super hoc, quod cronica tangit.
Libro testante, stat cronica scripta per ante;
Est alibi dicta, transit nec ab aure relicta:
Audistis mira, vulgaris que tulit ira:
Omnibus in villis timuit vir iustus ab illis.
Rex induratum cor semper habet, neque fatum
Tale remordebat ipsum, qui iure carebat:
Stultorum vile sibi consilium iuuenile
Legerat, et sectam senium dedit esse reiectam:
Consilio iuuenum spirauerat ille venenum,
Quo bona predaret procerum, quos mortificaret:
Sic malus ipse malis adhesit, eisque sodalis
Efficitur, tota regis pietate remota.

PREFACE margin capitosus] obstinatus Hs
CRONICA TRIPERTITA. The MSS. are SCHG, as for the Vox Clamantis, and also the Bodleian MS. Halton 92 (Hs).
1 margin In hac prima parte CHHs 2 margin primo tempora distinguens H primo distinguens tempora Hs 14 ipsum qui iure carebat] semper mala quin faciebat HHs mala semper quin faciebat C

Tunc accusare quosdam presumpsit auare,
Vnde catalorum gazas spoliaret eorum.
Tres sunt antiqui proceres, quos regis iniqui
Ira magis nouit, et eos occidere vouit:
Et sic qui cati pellem cupit exoriati,
Fingebat causas fallaci pectore clausas.
Caucius vt factum sibi possit habere subactum,
Leges conduxit, pro parte suaque reduxit:
Munere corrupti suadente timoreque rupti
Legis in errorem regi tribuere fauorem:
Hii tunc legiste, quicquid rex dixerat iste,
Federa componunt, que sigilla sub ordine ponunt.
Tunc rex letatur, super hoc quod fortificatur,
Quo magis ad plenum diffundat ille venenum:
Tunc aderant tales iuuenes, qui sunt speciales,
Laudantes regem, quia vertit sic sibi legem.

Hoc concernentes alii, que dolos metuentes,
Ad defendendum statuunt cito quid sit agendum.
Tunc rex festinat, et ad hoc sua iussa propinat,
Vt tres querantur ubi sunt, et ibi capiantur.
Tunc tres, qui iusti fuerant et ad arma robusti,
Factum disponunt et ad hoc sua robora ponunt.
Qui fuerant isti proceres, in nomine 'Cristi
Expedi vt dicam referens, et eis benedicam.
Si non directe procerum cognomina recte,
Hec tamen obscura referam, latitante figura:
Scribere que tendo si mistica verba legendo
Auribus apportant, verum tamen illa reportant.

Sunt Olor, Vrsus, Equus, stat eorum quilibet equus,
Non hii diuisi, set in vnum sunt quasi visi:
Penna coronata tribus hiis fuit associata:
Qui gerit S tandem turmam comitatur eandem,
Nobilis ille quidem probus et iuuenis fuit idem,
Sic quasi de celis interfuit ille fidelis:
Hac sub fortuna presens aquilonica luna
Non fuit ad sortem, sequitur set mente cohortem.
Qui solem gessit tenebrosus lumina nescit,
In Troie metas dum vendicat ipse dietas.

34 diffundat vbiq[ue] CHHs 55 presens] fallax H (rus.) 56 Eclipsata dolis sequitur consortia Solis H (rus.)

Nota de iudicibus illis, qui vt regis errorem precipue contra illos tres proceres quos occidere vellet iustificarent, literas sub eorum sigillis scriptas erronee composuerunt.

Qualiter tres proceres predicti de regis malicia secrecius premiti in sui defensionem roborati sunt.

Nota de nominibus trium procerum predictorum sub figura. Comes Marescallus. Strenuissimus Comes Derbeie.

Comes Northumbrie, cuius Signum fuit luna crescens.

Qualiter rex, cuius Signum Sol erat, ciues Londonienses proaux-

illo ab eis contra dictos tres proceres optinendo requisivit; set illi regis maliciam perplectentes eidem nullatenus consenserunt.

Qualiter rex Comitum Oxonie, qui per aprum designatur, vt ipse contra tres proceres antedictos gentes bellatrices secum duceret, in partes Cestrie vna cum regio vexillo destinavit.

Qualiter quodam die Veneris Comes Oxonie cum suis sequentibus in conspectu ducis Glouernie, qui tunc vulpis caudam in lancea gessit, prope villam Oxonie in fugam se vertit, et castra, que ipse familie sue pro signo gestanda attribuerat, ad terram absque releamine finaliter proiecta sunt. Nam et ipse Comes, vt securiori modo vitam seruaret, profugus ultra mare nauigio transiit.

Troia fuit prima, per quem sol tendit ad yma;
 Pallet in eclipsi populus, quia non fauet ipsi:
 Obsistunt turbe Phebo, ne scandat in vrbe,
 Dumque suis alis Cignus fuit imperialis.
 Fraus tamen obliquas nubes commouit iniquas,
 Extera dum rebus temptauit lumina Phebus:
 Cestria surrexit, Aper in qua lumina rexit,
 Regis vexillum fatue signauerat illum.
 Set conspiranti deus obstat et insidianti,
 Quo dolus exosos inuoluit sine dolosos:
 Auxilio Cigni, regis pro parte maligni
 Si vis queratur, contraria vis operatur.
 Querit Aper latebras, fraudes mortisque tenebras,
 Quo regnum periat regisque superbia fiat;
 Cignus et expresse super hiis que cernit adesse
 Prouidet, et curam regni colit ipse futuram:
 Ducit Aper gentes, quas concitat arma gerentes,
 Liber vt hiis pergat proceresque per omnia spergat.
 Cignus vt hoc sciuit, venientibus obuius iuit,
 Belliger et purgat regnum, quo vita resurgat:
 Cum Venus insepit lucem, sors bella recepit.
 Stat Tetis a parte, cecidit dum Cestria Marte;
 Thamisie fluctus capiunt de sanguine luctus:
 Vicit Olor pennis, sit ei quo vita perhennis.
 Tunc Aper Oxonie cecidit de sede sophie;
 Cum prope stat villam, maledixerat impius illam:
 Non ibi permansit fugiens set Aper vada transit,
 Infortunatus fit ibi de fonte renatus.
 De vulpis cauda velox Aper est vt alaunda,
 Cauda ruit castra, que sunt numero velut astra:
 Sic quia deliquit, vacuus sua castra reliquit,
 Pauper et exposcit foueam, qua viuere possit.
 Set neque castrorum iuuat Aprum pompa suorum,
 Nec sibi fossa datur, dum profugus inde fugatur:
 Hec ita dum vidit, quod eum fortuna rescidit,
 Per mare transiuit, alibi quo viuere quiuit.
 Sic Aper in leporem mutatus perdit honorem,
 Amplius et certus locus est sibi nullus apertus.

69 parte CHH₂ parte SG
 CGH₂ 85 transit C

71 fraudis HH₂
 93 dum] cum CH

80 tetis SH thetis

Nil odor incensi tunc profuit Eboracensi,
 Set nec mitra choris nec opes nec culmen honoris;
 Ad regale latus cum plus sit ad alta leuatus,
 Corruit a sede, sic transit presul ab ede.
 Cure mercator primas fuit et spoliator,
 Pauper et abcessit, quem preuia culpa repressit:
 Sic fugit hic predo cleri Noua villa Macedo,
 Quem, quia sic vixit, pater ecclesie maledixit.

Est Comes elatus, fallax, cupidus, sceleratus;
 Fraudes per Mille stat Cancellarius ille:
 Hic proceres odit et eorum nomina rodit
 Morsibus a tergo, fit tandem profugus ergo.
 Sic deus in celis mala de puteo Michaelis
 Acriter expurgat, ne plus comes ille resurgat.

Alter et est talis, sub regis qui cubat alis,
 Mollis confessor, blandus scelerisque professor:
 Exiit hic frater, qui stat foris intus et ater,
 Cuius nigredo fedat loca regia, credo.
 Hic fuit obliquus procerum latitans inimicus,
 Semper in augendo magis iram quam minuendo:
 Hic tamen in fine fugit, et de sorte ruine
 Que mala spondebat aliis prius ipse luebat.
 Sunt ita predicti cordis formidine victi,
 De propria viui terra quod sunt fugitiui.

Tunc tres persone, qui pleni sunt racione,
 Iusticiam querunt, regem super hoc adierunt.
 Rex fuit ad muros Turris proceresque futuros
 Vidit, et ex visu cognouit se sine risu.
 Armatis turbis portas intransitibus vrbs,
 Intrans audaces proceres in pace sequaces;
 Turrin ceperunt, vbi regis honore steterunt.
 Eius vt a latere vicium poterint remouere,
 Est iter inuentum, statuunt quo parlamentum,
 Vt sic purgarent regnique statum repararent.

Terra conuata fuerat de lege vocata;
 Rex sedet, et tutum fuit os commune locutum.
 Dicit enim, tales qui regis collaterales
 Extiterant gentes, super hoc quod sunt fugientes,
 Iudicium tale fuit exilium generale:

109 margin ad sui salutem CHH₂

133 legis H

collater ales C

Qualiter statim post fugam dicti Comitis Oxonie Alexander de Nevill tunc Eboracensis archiepiscopus, qui etiam cum rege in suis erroribus participans erat, tunc metu ductus consimili fuga per mare reus euasit.

Qualiter Michael de la Pole, Comes Suffolcie, qui tunc regis Cancellarius erat, dum se culpabilem sentiebat, trans mare etiam nauigando ad salutem alibi se munivit.

Qualiter etiam episcopus Cicestrie, tunc regis confessor, conscius culpe extera loca petens propria fugiendo reliquit.

Qualiter tres proceres de querela antedicti Londonias pariter aduenientes, cum rege, tunc apud Turrin existente, pro remedio in premissis optinendo, seruata regis reuerencia, colloquium pacificum habuerunt: vnde de regis consensu parlamentum infra breue Londonias tenendum optinuerunt.

Qualiter in principio parlamenti concordatum est, quod absentia tunc illorum qui, vt premititur, a regno sponte fugierunt, in perpetuum exilium

absque redemptione iudicaretur.

Qualiter parlamentum gradatim processit, precipue contra illos qui regis iniqui fautores iniqui fuerunt, quorum Simon de Burle miles, tunc regis Camerarius, in iudicio conuictus mortis sententia decollatus est.

Qualiter etiam Iohannes Beauchamp miles, tunc regis hospicii Senescallus, quem rex Baronem de Briggennorth vocari constituit, amisso capite de Curia recessit.

Qualiter Nicholaus Brembel, qui ciuis et Maior Londoniarum fuerat, ad furcas tractus et ibi suspensus suam vrbis libertatem turpiter amisit.

Qualiter etiam Robertus Tresilian miles, qui tunc de Banco regis iudex capitalis extitit, sub eadem furcarum pena diem vite sue iudicialiter clausit extremum.

Qualiter iudices alii, qui originales regis excessus, vt prefertur, sigillis suis contra proceres roborarunt, ad

De terra dempti sic sunt, non ense perempti;
Est ita dilata procerum sententia lata.

Hoc facto querunt alios, qui tunc latuerunt,
Quorum regalis Camerarius est capitalis.
Corruit in fata gladii vestis stragulata;
Stat quia non recta, magis est culpanda senecta:
Lacrima Regine dum poscit opem medicine,
Obrutus amittit caput et sua funera mittit.

Ecce Senescalli non tantum lucra catalli,
Que mala quesuit, sceleris fortuna sitiuit,
Set magis in mortem decreuit curia sortem:
Dum caput inclinat, gladius sibi iura propinat.
Ille quidem Cignum despexit, Aprumque malignum
Semper laudauit, cor regis et infatuauit;
Fallax, versutus, quasi vulpis fraude volutus,
Inuidus et paci lingua fuit ille loquaci.
Nomen Baronis cecidit sic Pons Aquilonis;
Hoc rex erroris posuit sibi nomen honoris.

Maior erat ville, Tribulus dictus fuit ille,
Qui proceres pungit regisque dolos magis vngit:
Hunc quasi consortem dilexit rex, quia sortem
Consilii cepit, quo mortem fine recepit:
Furcis pendebat, quem primo terra trahebat,
Ictum sic ensis non sentit Londoniensis.

In banco regis qui librat pondera legis,
Iuraque cognouit, aliis plus iura remouit,
Cornubiensis erat: si quis sua crimina querat,
Peior eo nullus, nec eo fallacior vllus.
Hic scelus instigat proceres, quos sepe fatigat,
Vnde fatigatus tandem perit hic sceleratus:
Crimine prestante super hoc quod fecerat ante,
Ad furcas tractus fit ibi pendendo subactus.
Pendula sors tristes morientibus accidit istis,
In manibus quorum pendebant iura virorum.

Iudicibus reliquis falsisque scienter amicis,
Vt patet ante nota, conclamat curia tota:
Vrbs, ager et villa damnarunt falsa sigilla,
Que dederant causam sceleris regi, magis ansam.

141 margin Burleo CHH: 161 margin qui om. S 170 amicis
iniquis CHH: 173 ausam (?) MSS.

Non fuit hec pena, delictis que fore plena
Posset, et hoc certe vox plebis dixit aperte;
Set nimis ornate penam ficta pietate
Pontifices regis moderantur ab ordine legis:
Sic non ense cadunt, set in exilium mare vadunt,
Quos inconsultos suscepit Hibernia stultos.
Legiferi tales super omnes sunt speciales,
Regis ad errorem qui plus tribuere fauorem.
Hic non sorte pari statuit sors fata parari,
Vt reus inceptit, sic de mercede recepit:
Exulat iste status, fuit alter decapitatus,
Hii, cum ceduntur, ad funera fune trahuntur.
Dispar erat munus, fuerat tamen exitus vnus;
Quicquid homo voluit, tandem mors omnia soluit.

Vt rex purgetur, vt regnum clarificetur,
Restat adhuc queri, poterit quo culpa mederi.
Absque deo fratres fuerant hoc tempore patres,
Nec sibi confessa per eos est culpa repressa:
In viciis arent, vicium qui mundificarent;
Morum more carent, mores qui multiplicarent.
Fraudis in exemplum sic errat ab ordine templum,
Nec cauet ille status solita de sorde reatus:
Sunt ita transgressi fratres ad sacra professi,
Quod personarum deus extitit vltor earum.
Ad regale latus non est status immaculatus,
Quo plus quam Centum remouentur abinde clientum:
Lugent cantores, perdunt quia cantus honores,
Plangunt scriptores scriptos de fraude rigores:
Transit adulator, sceleratus et insidiator,
Consilii fautor, inuentor et inuidus auctor.

Stat manus extenta, nec cessat Curia tenta,
Donec purgetur dolus omnis et euacuetur.
Falsi temptarunt iustos, set non superarunt,
Nec prece nec dono, Cristo mediante patrono.
Tempore quo stabant hii tres, regnum solidabant,
Legem firmabant viciataque iura fugabant:
Sic emendatum Regem faciunt renouatum,
Cercius vt credunt, et sic cum laude recedunt.
Concinit omne forum benefactaque laudat eorum,

175 Possit C 182 Sic CHH: 186 munus] nimius C 191 sibi] ibi H

instanciam prelatorum absque mortis iudicio in partes Hibernie exules ab Anglia transierunt.

Qualiter diuersi fratres, diuersarum curiarum tunc confessores, vna cum aliis ministris quampluribus, quasi palee inuites per loca disperguntur.

Qualiter proceres predicti de querela principales, si precibus aut donis flecti possent, sepiissime blandiuntur; set illi tanquam vere iusticie executores, vsque in sue querelle consummationem vnanimis constanter astiterunt.

Hic in fine compositor gesta dictorum trium procerum laudabiliter commendans, pro eis apud altissimum deuocius exorat.

Talia dicentes sunt vndique laude canentes.
 In Cristi signo sit semper gloria Cigno,
 Laus et in hoc mundo sit Equo, quem signat hirundo,
 Vrsus et ex ore populi fungatur honore.
 Hii tres Anglorum fuerant exempla bonorum;
 Regnum supportant alienaque pondera portant:
 Reddat eis munus tribus est qui trinus et vnus. Amen.

Explicit prima Pars Cronice et
 Incipit Secunda.

Hic in Secunda parte Cronice declarat qualiter rex, sub vmbra fide concordie pacem dissimilans, tres proceres predictos dolose circumuenit; ita quod vnum ex istis lugulari, alium decollari fecit, tertium vero vna cum domino de Cobham, qui regni verus amicus semper extitit, in exilium mancipari tyrannica potestate, prothdolor! destinavit. Insuper et, quod detestabile fuit, idem crudelissimus rex reuerendum in Cristo patrem Thomam Arundellie, tunc Cantuariensem Archiepiscopum, de Sede sua penitus expulit, ipsumque pro perpetuo in exilium delegari crudelissime constituit.

In hac secunda parte cronice compositor primo ea que post sequuntur dolorosa infortunia doloroso corde deplangit.

O DOLOR in mente, set prothdolor ore loquente!
 Heuque mee penne, scribam quia facta gehenne!
 Obice singultu, lacrimis pallenteque vultu,
 Vix mea penna sonat hec que michi Cronica donat.
 Vt prius audistis, hii tres, quibus Anglia tristis
 Plus delectatur, magis hos fortuna minatur:
 Rex facie bina fallax, latitante ruina,
 Omnia fingeat, que dolos sub fraude tegebat.
 Ad regale latus, quasi frater et associatus,
 Cignus erat factus, et eos quos vult facit actus:
 Taliter est et Equus regis de carmine cecus,
 Quod non discernit ea que fallacia cernit:
 Est incantatus eciam quasi magnificatus
 Vrsus, et ignorat finem, qua sorte laborat.
 Set magis vt tuti maneant de lege statuti,

Qualiter, vt hii tres proceres, de quibus audistis, cum rege, quem dolosum sciebant, pacem securiorum habere possent, cartas concordie ab ipso impetratas obtinuerunt.

213 laude] verba CHH: 219 eis] ei H
 Heading 4 fecit om. CHH: 8 Arundellie CHH: Arundell 5
 4 penna] lingua CHH: 15 de] do C

Hii regis querunt cartas, quas optinuerunt:
 Sic se conformant, sic se cum rege reformant,
 Quod viuunt more quasi grex pastoris amore.
 Hoc credunt plane, set transit tempus inane;
 Cum se stare putant, subito sua tempora mutant.

Ecce scelus magnum, latitans quasi vulpis in agnum,
 Sic dolus expectat, quos ira tyrannica spectat.
 O fraus, o que dolus, quos rex sub ymagine solus,
 Dum scelus exhaustit, tam longo tempore clausit!
 Set magis ad plenum tunc fuderat ille venenum,
 Quo prius inflatus quamsepe dolet sceleratus:
 Turbinis vt ventus, sic irruit acra iuuentus
 In Cignum spretum, dum se putat esse quietum.

O quam fortuna stabilis non permanet vna!
 Exemplum cuius stat in ordine carminis huius.
 Rex agit et Cignus patitur de corde benignus,
 Illeque prostratus non est de rege leuatus:
 Ad Plescy captus tunc est velut hostia raptus,
 Rex iubet arma geri, nec eo voluit misereri.
 Cum sponsa nati lugent quasi morte grauati,
 Plusque lupo seuit rex, dummodo femina fleuit:
 Nil pietas munit, quem tunc manus inuida punit;
 Rex stetit obliquus, nec erat tunc vnus amicus.
 O regale genus! princeps quasi pauper egenus
 Turpiter attractus iacet et sine iure subactus.
 Sunt ibi fautores regis de sorte priores,
 Qui Cignum prendunt, vbi captum ducere tendunt:
 Sic ducendo Ducem perdit sine lumine lucem
 Anglia, que tota tenebrescit luce remota:
 Trans mare natauit, regnum qui semper amaui,
 Flent Centum Mille, quia Cignus preterit ille.
 Calisie portus petit, vnde dolus latet ortus,
 Error quem regis genuit putredine legis:
 Carcere conclusus subito fuit ille reclusus;
 Nescit quo fine, sit vite siue ruine.
 Tunc rex elatum sumpsit quasi falco volatum,
 Vnde suas gentes perdit custode carentes.

Amoto Cigno, rex feruens corde maligno
 Prendere querit Equum, super hocque reuoluere secum

22 dolor H 38 vnus] vllus H

Y

30 Qualiter rex, vt ipse sub dissimilate pacis concordia proceres decipiat, vulpe fallacior continua circumuentione dolos machinatur.

30 Qualiter rex sui pectoris odium, quod adiu latuit, ad expressam vindictam primo contra ducem Glouernie, qui Cignus dicitur, in oculis omnium fulmine plus subito produxit. Nam et ipse rex in propria persona dictum ducem apud Plescy improuisum manu forti cepit, et eum sic captum Calisias indilate produci, et ibi sub arca custodiastriccius in carcerari constituit.

50

Qualiter rex, qui per mille meandros procerum corda exagit

tans inquietavit, Ricardum Comitem Arundellie qui dicitur Equus, fraudulenter decepit. Erat enim tunc frater dicti Comitis Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, cui rex sub iuramento fidem prestitit, quod, si dictus Comes ad sui regis presenciam obediens sponte veniret, liber extunc absque calumpnia, vbiicumque transire vellet, cum firma regis amicitia fiducialiter permaneret: et sic veniens probus Comes ab improbo rege decipitur.

Qualiter Thomas, alio nomine Vrsus, tunc Comes de Warwyk, a regis satellitibus Londoniis captus et in carcerem missus immunis culpe paciens succubuit. Super quo suum parlamentum apud Westmonasterium in proximo pronuntiandum rex tyrannus decrevit.

Qualiter pronuntiato parlamento octo tunc appellantes contra dictos tres proceres ad eorum perditionem promptissimi interfuerunt, et quia rex propter metum populi duces Glouernie eorum eo personaliter in parlamento compare noluit, subtili mendacio finxit eum in lecto mortuum fuisse, qui adhuc superstes in carcere Calisie sub clauo tenebatur; et sic duces absentem absque responsione rix pestifer falsissime condempnauit.

Qualiter rex, cum ipse duces prenotatum

Caucius in mente conspirat fraude latente.
Periurans Cristum Comitem sic decipit istum:
Ipse libro tacto iurat, firmanteque pacto
Promisit certe que fidem donauit aperte,
Dicens quod tutus nulla de fraude volutus
Liber transiret, ad eum si quando veniret.
Hoc iuramentum frater Comitis manutentum
Primas feruore regis suscepit ab ore:
Presul letus erat, sub tali federe sperat,
Et sic cautelis captus fuit ille fidelis.

Vrsus vt audiuit, non ergo remotus abiuit;
Signans se Cristo mentem stabiliuit in isto:
Non facit excursus paciens que piissimus Vrsus,
Set magis attendit mala que fortuna rependit:
Londoniis mansit, nec ab vrbis cardine transit,
Quo captiuatus fuit hic sine labe reatus.
Sic tres persone vi set non iure corone
Carceribus stricti remanent velut vmbra relictis.
Celsius in scanno tunc creuit pompa tyranno,
Nulli parcebat, sibi dum fortuna fauebat:
Stat scelus extentum statuit quo parlamentum,
Vt sit finalis sic vicio iudicialis.

Tunc appellantes fuerant octo dominantes,
Qui tres appellant, vt eos a luce repellant.
O, quis pensare posset quin fleret amare,
Dum scelus explorat, per quod magis Anglia plorat?
Ecce dies mortis aderant, qua pompa cohortis
Regem pomposum statuit magis esse dolosum.
Pro regis parte subtili fingitur arte,
Cignum tam purum sine responso moriturum:
Cum magis expresse rex nouit eum superesse,
Finxit eum lecto transisse sub ordine recto.
Sic non inuento Cigno, nil parlamento
Pro se respondit, quem rex sub clauo recondit:
Cum non apparet, vt se de lege iuuaret,
Hunc condempnarunt subito, quem post spoliarent.
O scelus inferni, poterunt quo flere moderni,
De iugulo Cigni quod constituere maligni!
Occulte querunt quod aperte non potuerunt,

56 margin Arundell MSS., and so later, 119, 236, &c.

75 statuunt H

Dumque timent gentes, clam sunt sua facta gerentes.
Assunt tortores de nocteque feruidiores
Cignum prostratum iugulant quasi martirizatum:
Calisiis actum sceleris fuit hoc malefactum,
Regis precepto, iugulo qui gaudet adepto.
Sic nece deuictum, sic corpus ab hoste relictum,
Clam de conclauis susceperat Anglia nauis;
Per mare regreditur corpus, nec adhuc sepelitur,
Namque sepulturam defendit Rex sibi puram:
Desuper a latere patris loca iusta tenere
Dummodo quesiuisset, vix bassa sepulcra subiuit.
O que nephas tale, quod nec ius imperiale,
Set neque lex Cristi proceri sic contulit isti!
Eius enim vita periit sine iure sopita,
Et mors eius ita negat esse sepulcra petita.
Heu! quis iam viuit, vnquam qui talia sciuit,
Sic regis natum per regem mortificatum?
Heu! quia regalis stirps Anglica tam specialis
Regis precepto periit sine crimine cepto.
Heu! quia tortorum quidam de sorte malorum
Sic ducis electi plumarum pondere lecti
Corpus quassatum iugulant que necant iugulatum;
Quod nimis ingratum dolet Anglia tota relatum.
Det deus hoc fatum, sit adhuc quod corpus humatum,
Spiritus atque statum teneat sine fine beatum!
Est recitandus Equus, Cignus quia preterit equus:
Non hos morte pari voluit sors equiparari.
Rex sedet, et cuncti fautores tunc sibi iuncti
Sunt ibi presentes ad Equum mala plura loquentes;
Isteque solus erat, que deum solummodo sperat,
Quo pius et fortis permansit ad vltima mortis.
Rex prius accusat, et Equus scelus omne recusat,
Pretendens regisque sigilla sub ordine legis
Cartam monstrauit, qua tucior esse putauit:
Non fuit absque nota, prius est concordia nota.
Set rex cautelis Comitis responsa fidelis
Caucius extinxit, que dolos sub fraude refinxit.
Tunc conspirati cum rege que magnificati
Regis predicta firmarunt omnia dicta.

118 fine] labe H

131 magnificate C

Y 2

cautelose, sicut audistis, condempnari spirauerat, postea infra tempus quosdam tortores sibi quasi ab inferno confederatos Calisias, vbi dux adhuc viuus incarceratus est, transmisit, qui illuc aduenientes, ad regis preceptum de iugulo pre manibus excogitato, duces improsum clanculo de nocte sub pondere lecti plumalis mortaliter depressum absque pietate subito suffocarunt.

110

120

130

Qualiter Comes Arundellie ab impio rege in parlamento accusatus, ad ea que sibi obiciuntur intrepidus respondit; et primo singula que per ipsum fiebant, secundum sue intencionis propositum ad regis honorem facta fuisse claro sermone iustificauit; secundo enim regis caritas super hoc pacem et concordiam specialiter testificantes in auribus omnium manifestus pronunciauit: set ille, coram quo nullum ius procedit, rex impius Comitis responsa

non acceptans, ex propria malicia ipsum mortali sententia dampnatum, in impetu furoris apud montem Turris Londoniarum decollari fecit, ubi fratres Augustinenses corpus cum capite secum ad eorum ecclesiam cum psalmis deferentes in loco congruo deuote sepelierunt.

Heu! nimis ingrata tunc est sententia lata,
 Horrida, mortalis, quia pena fuit capitalis.
 Per loca, per vicos ductus respexit amicos,
 Qui magis occulta dederant suspiria multa:
 Vndique tunc flebant qui talia fata videbant,
 Cum prece deuota facientes plurima vota.
 Sunt et fallaces alii, pro rege sequaces
 Qui veniunt equites, neque iusti set neque mites;
 Hii penam talem proclamant tunc capitalem,
 Ad loca signataque iubent procedere fata.
 Tunc Comes ad Cristum sermonem dixerat istum:
 'Omnia tu nosti: moriar, quia sic placet hosti;
 Hostibus exactus perio, sine iure subactus;
 Inmunis pergo, miserere michi, precor, ergo.'
 Expansis palmis que sonantibus vndique psalmis,
 Sic patitur tandem, penamque subintrat eandem:
 Quin caput amittit sibi gracia nulla remittit,
 Milia quo Centum maledicunt parlamentum.
 Corpus ad ima cadit, dum saluus ad ethera vadit
 Spiritus in celis, vbi viuut amore fidelis:
 Augustinenses fratres tunc Londonienses
 Hunc magis extollunt, que caput cum corpore tollunt;
 Vix tamen audebant hoc ponere quo cupiebant,
 Set magis occultum condunt pro rege sepultum.
 Det deus hoc sciri, poterit quod adhuc sepeliri,
 Eius et heredes proprias habeant sibi sedes.
 Iam refrenato violenter Equo que grauato,
 Vrsus querebant, quem tunc agitare volebant;
 Pestiferique canes aderant tunc regis inanes,
 Vndique latrando pacem nec habent aliquando.
 Ad latus omne terunt, set ad hoc quod plus potuerunt
 Non magis attendit, quin rex sua recia tendit.
 O! quam subtilis oritur tunc fraus iuuenilis,
 Per quam tunc fraudem nequit Vrsus carpere laudem.
 Hoc rex testatur, Vrsus quod si fateatur
 Quod reus existat, nec ad illa relata resistat,
 Rex sibi prestabit veniam, qua curia stabit,
 Et sic transibit sine morteque liber abibit;
 Sique recognoscat aliter, sibi iuraque poscat,

160 *margin* Warewyk CH

167 *fatiatur* C

Qualiter Comes de Warwyk, ex regis collusionem circumventus, in parlamento se culpabilem recognouit, sperans per hoc certissimam regis veniam, ut sibi promittebatur, infallibiliter promeruisse. Set rex omni fallacie intendens, qui per talem recognitionem alios de querele conuicisse putauit, dicto Comiti mala pro bonis retribuens, ipsum pro mercede exheredatum in partes

Incidet in mortem: trahat hanc quam vult sibi sortem.
 Qui cum rege pares fuerant tunc consiliares,
 Vrsus temptarunt, eius quoque velle probarunt:
 Hic vitam portat, alius mortemque reportat;
 Hic consolatur, alius quandoque minatur;
 Quisque dolos fingit, quibus Vrsi pectora stringit,
 Quo minus agnoscit quid regi dicere possit.
 Sicque fatigatus tandem de labe reatus
 Se fore conuictum reddit: fuit hoc male dictum: 180
 Tali sermone concrescunt iura corone,
 Rex tres deuicit, vnus quia talia dicit.
 Ad regis vota fuit Vrsi dicio tota,
 Omneque respondet verbum, quod rex sibi spondet:
 Set cum sic vere regi putat ipse placere,
 Regis et ad nutum sperabat se fore tutum,
 Tunc magis amisit que rex sibi federa misit;
 Nam quod promisit rex pactum denique risit,
 Et sic delusus fuit Vrsus ab ore reclusus,
 Vnde pium verbum gustu magis extat acerbum. 190
 Heu, quam res tristis! heu, quam fuit error in istis,
 Quando suum pactum rex non produxit in actum!
 Fingit et ignorat que rex tunc fraude colorat,
 De quibus extentum finis docet experimentum.
 Vrsus poscebat, quod rex non perficiebat,
 Nec pudet hoc gestum, fraudis quod erat manifestum.
 Vrsus contemptum, nulla pietate redemptum,
 Exilio demptum statuit rex esse peremptum:
 Insula tunc hominis longinqua que plena ruinis
 Carcere concludit Vrsus, quem pena retrudit. 200
 Quod sic ledebat, regi non sufficebat,
 Set capit ex toto terras herede remoto,
 Nec sibi dimissam solam fouet hic Comitissam,
 Set magis amouit, inopem quam Curia nouit.
 Sic rex deleuit, quem tota prouincia fleuit;
 Ne plures ledat, moriens prius ipse recedat.
 Restat adhuc dira mons Ethna latente sub ira
 Regis, dumque faces magis obtinet inde voraces.
 Quem rex iratus, quamuis sine labe reatus,

longinuas, ut ibi in carcere seruaretur, exulem pro perpetuo mancipauit.

208 dumque] qui HHs inde] ille HHs 209 f. quamuis sine labe reatus Tangit] tetigit de face reatus Eius HHs

Tangit in ardore, subito perit ille dolore.
Cum plus morosus sit homo, magis est viciosus,
Regi qui seuit pestis quo pessima creuit.

Vnus erat dignus, paciens, pius atque benignus,
Prouidus et iustus, morum virtute robustus,
Non erat obliquus, regni set verus amicus:
Hunc rex odiuit, in quo bona talia sciuit;
Vt dicunt Mille, dominus Cobham fuit ille,
Cronica quos lesit, quibus ille fidelis adhesit.
Cristo set vere voluit quia fine placere,
Transtulit ad sedem se Cartusienis ad edem:
Sic cepit Cristus, voluit quem tollere fiscus;
Quem Cristus duxit, fiscus sine iure reduxit.
Rex scelus accusat, Cobham scelus omne recusat,
Iustificans factum; sic res processit in actum:
Que sapit hec loquitur, nec in hoc vecors reperitur,
Immo quod est certum regi manifestat apertum.
Sic, quia veridicus tribus est constanter amicus,
Rex condempnauit Cobham, set non maculauit:
Sic non conuictus gladii non senciit ictus,
Exilii lora subiit tamen exteriora.
Hinc rogo quod purus redeat cum laude futurus,
Vt sic felici reditu letentur amici.

Heu! mea penna madet lacrimis, dum scribere suadet
Infortunata sceleris quibus horreo fata.
Non satis est regem mundi deflectere legem,
Vt pereant gentes sub eo sine lege manentes,
Set magis in Cristum seuit, quapropter ad istum
Casum deflendum non est michi credo tacendum.
Anglorum Primas, suppremo culmine primas
Qui tenuit sedes, melius dum sperat in edes,
Hunc rex compellit et eum de Sede repellit,
Dum Simon Rome supplantat federa Thome.
Hic Thomas natus Comitibus fuit intitulatus,
Clericus aptatus, doctor de iure creatus,
Legibus ornatus, facundus, morigeratus,
Cum Cristo gratus in plebeque magnificatus.
O quam prelatas tam purus et immaculatus

218 lecit C 221 septit C 229 lectis C 236 periant CHH
243 *marginis* nonarchiepiscopum CH 244 optatus C

Qualiter rex, omnes quoscunque ledere posset querens, tandem innocentem dominum de Cobham, qui per prius seculo renunciens in domo Cartusienis tunc moram traxit, eciam in iudicium parliamenti produxit. Set ille, nullo minarum terrore aut blandimentorum exhortacione locum tiranno prebens, in omnibus suis responsionibus fidelissimus inueniebatur: unde rex quasi confusus, eius constanciam abhorrens, ipsum pre verecundia absque mortis sententia in exilium longius ab Anglia destinavit.

Qualiter rex, qui nec deum timet nec hominem veretur, contra reuerendissimum in Cristo patrem Thomam Arundellie, tunc Cantuariensem Archiepiscopum, dum inter eos maior putabatur dileccio, occasiones discordie importabiles ductus auaricia fingere non erubuit. Vnde idem Thomas, de Archiepiscopo in non Archiepiscopum subito mutatus, omnia bona sua tam temporalia quam spiritualia dolosa regis circumvencione penitus amisit; expulsus-

Ad regale latus tandem fuit illaqueatus!
Tramite subtili latitans plus vulpe senili
Rex studet in fine Thomam prostrare ruine.
De tribus audistis, cum rex scelus intulit istis,
Presul vt adiutor fuit hiis quodammodo tutor,
Non contra legem, set ab ira flectere regem
Nomine pastoris temptauerat omnibus horis:
Semper erat talis, restat dum spes aliqualis,
Si contra mortem poterat saluasse cohortem.
Rex tulit hoc triste, quia Cancellarius iste
Tempore quo stabat hos tres constanter amabat;
Sic procurator pius extitit et mediator,
Cartas quod Regis habuerunt munere legis.
Pontificis more summi pro regis amore
Sic pacem mittit, mortis gladiumque remittit:
Hec ita fecisset, pactum si rex tenuisset,
Set que iurauit hodie, cras verba negauit.
Cernite pro quali culpa magis in speciali
Pontifici tali sine causa materiali
Rex fuit iratus, set et altera causa reatus
Est plus secreta, tunc Rome quando moneta
Simonis ex parte papam concludit in arte.
Ecce per has causas sub regis pectore clausas
Hoc scelus obiecit Thome, qui nil male fecit.
Regis fautores super hoc tamen anteriores
Fraudibus obtentum concludunt parlamentum;
Sic de finali rex pondere iudiciali
Exilio demit Thomam, nec amore redemit:
Sic pater absque pare, quem rex spoliavit auare,
Partes ignotas tunc querit habere remotas.
Tunc pius Antistes casus pro tempore tristes
Sustinet, et curam sperat reuocare futuram:
Cristus eum ducat, saluet que salute reducat,
Sic vt vterque status sit ei cum laude beatus.
O dolor, hoc anno quo creuit pompa tiranno!
Qui ferus, vt dicit, voluit quos vincere, vicit.
Dum scelus hoc restat, super omnes tres manifestat,
De quibus in gente stat vox variata repente:
Quidam constricti, quidam de munere victi

278 Tunc] Sic CHH 284 *margin* precipue om. CH 285 variate C

que insuper absque vilo mundi releuamine, solum deum reclamans exul et pauper ab Anglia recessit.

Hic declarat aliquammodo signa causarum, per quas pontifex supradictus a parlamento tunc absens contra omnem iusticiam, vt audistis, exilii sententiam ab improviso quasi nescius incurrebat.

260

270

280

Hic narrat qualiter vix vnus aut de morte aut de exilio, precipue trium procerum supradictorum, aliquod ver-

bum lamentabile in aperto proferre tunc audebat; set pocius scandalum quam laudem pre timore regis ad inuicem confabulati sunt.

Ad mala ducuntur, quia multi multa loquuntur.
Tunc Olor, Vrsus, Equus, non vnus dicitur equus;
Heri laudati fuerant, nunc vituperati:
Fama fugit prima, quia sors descendit ad ima,
Sorteque cessante, cessat laus omnis ab ante:
Vertitur obliquus amor, est ibi nullus amicus,
Quo tres predicti periunt velut vmbra relictis.
Tunc consanguinitas aufert de sanguine vitas,
Denegat et sexus procerum dissoluere nexus;
Nil genus obstabat, ratio nec eos reparabat.
Sic transformata fuit illa dies scelerata;
Stirps extirpatur, flos arboris euacuatur,
Quo maneat nomen, heres non percipit omen;
Vt pater intrauit, ita solus ab orbe migravit.
Sic vice iam versa spergens fuit vnio spersa,
Heri rectores, hodie magis inferiores,
Et sic derisi fuerant quodammodo visi.
Portas clausurunt, vbi claues non habuerunt,
Nec tamen exclusus fuerat tunc regis abusus:
Non se conuertit, in peius qui male vertit;
Dum mala queruntur, in eo peiora sequuntur;
Tres interfecit proceres, dum pessima fecit,
Quo nimis elatum sumpsit sua pompa volatum.
Tunc delusores, quos curia turbidiores
Nouit, ridebant super hiis que gesta videbant;
Friuola componunt tribus et tria scandala ponunt;
Tale fuit dictum, nec adhuc stat ab ore relictum:
'Non Olor in pennis, nec Equus stat crine perhennis,
Iam depennatus Olor est, Equus excoriatus,
Vrsus non mordet, quem stricta cathena remordet.'
Sic fatue turbe vox conclamabat in vrbe:
Omnia que dici poterant dicunt inimici,
Pluraque fingentes mendacia sunt parientes,
Grene, Scrop, Bussy, cordis sine lumine fuscii,
Omne nephas querunt, quo ledere plus potuerunt:
Rex fuit instructus per eos, et ad omnia ductus
Que mala post gessit, quibus Anglia tota pauescit.
Intra se flebat populus, qui dampna videbat;
Cum non audebat vocem proferre, tacebat.

287 dicuntur C 320 Scrop SCHG Bussy G

Canticum, quod composuere maligni in derisum procerum tirannice interfectorum.

O Dux immense, tu Gallica regna sub ense
Militis ex more bellasti regis honore.

O Comes, inque mari pro rege tuo superari
Classem fecisti Francorum, quos domuisti.
Heu, rex, qui tales fraudasti collaterales,
Sit tibi de fine vindex fortuna ruine!
Principio rerum placido quamsepe dierum
Finis adest tristis; ideo speculemur in istis:
Estque fides rara modo, quam mens nescit auara.
Dum fauet os fraudis, ne credas omne quod audis:
Fingere fingenti scola nuper erat sapienti;
Talis vt hesternus fuit, est scola nunc hodierna:
Fallitur incertum, set quando videbis apertum
Finem cum cauda, tunc demum tempora lauda.
Anno bis deno primo de sanguine pleno
Septembris mense feritas dominatur in ense:
Tristis vt audiui, carmen scribendo subiui:
Plangite, vos viui, quia planctus sunt residui.
Doctoris verba sunt hec que miror acerba;
'Dum melius fecisse putes, latet anguis in herba.'
Quicquid homo fatur, quicquid facit aut meditatur,
Stat fortuna rei semper in ore dei.

Explicit secunda pars Cronice et
Incipit Tercia.

Hic in tertia parte Cronice finaliter scribit qualiter rex antedictus, vtroque dei et hominum iure postposito, Strenuissimum Principem Dominum Henricum, tunc Derbeie Comitem, patre suo Duce Lancastrie adhuc viuento, per decennium capto in exilium delegauit. Postea vero, patre defuncto filioque in partibus Francie tunc existente, idem rex omnis malicie plenus, quasi per infinitas doli circumuenciones, tam in ipsius absentis personam quam in eius hereditatem, occasiones maliciose fulminari decreuit. Set qui verum a falso discernit summus iudex, tantas malicie 10 abhominaciones impune non ferens, dictum dominum Henricum, tunc post obitum patris sui Ducem Lancastrie, in Angliam sua diuina prouidencia, inuito rege, remeare fecit: ob cuius
333 idio C 334 margin ommittant CH: ommittant SHG 341 Septembris S
Heading 3 Derbei H

Hic circa finem prohibitas ducis Glouernie necnon Comitum Arundellie magis in speciali commemorans, eorum gesta laudabiliter commendat. Consultit insuper, quod per ea que preterita sunt presentes vtinam discreto pectore sibi contra futura prouidere nullatenus ommittant.

330

340

290

300

310

320

aduentum vniuersi regni fideles, tam proceres quam communes, deum quasi ex vno ore collaudantes pestiferum Ricardum suis ex demeritis regno renunciantem penitus a gradu suo deposuerunt, gratissimumque Ducem dominum Henricum prenotatum in Solium regie magestatis regnaturum coronantes cum gaudio sublimarunt, terciodecimo die mensis Octobris, Anno domini Millesimo tricentesimo nonagesimo nono.

Hic in tertia parte cronice compositor in principio finem premeditans sub spe glorie future letatur.

TRISTIA post leta, post tristia sepe quieta,
Si beneensem, satis hec manifesta videmus.
Regnum confractum regis feritate subactum
Nuper defleui, lacrimas set abinde quieui;
Regnum purgatum probitate ducis renouatum
Amodo ridebo, nec ab eius laude tacebo.
O res laudanda, o res sine fine notanda,
Ad laudem Cristi, qui nos de carcere tristi
R. tunc custodis, quasi sit regnantis Herodis,
Gracius eduxit et ad inclita regna reduxit!

Nouit enim mundus, Ricardus quando secundus
Iustos deleuit proceres, quos Anglia fleuit,
Ipse superbire sic spirat et alcius ire,
Quod dedignatur proprium regnumque minatur:
Amplius ex more solito latitante furore
Seuit, et oppressit populum cui parcere nescit.
Sicut humum fodit euertens talpa que rodit,
Vnde caret requie, sic alter nocte dieque,
Vt magis euertat regnum quod demere certat,
Sic scelus apponit et ad hoc sua robora ponit;
Vt princeps baratri furiens regit acta theatri.
Pondera prebebat, populum quibus ipse premebat:
Vtpote salsarum furiosa caribdis aquarum
Gurgite feruoris bibit, euomit, omnibus horis,
Sic sibi collectum facinus sub pectore tectum
Rex vomit in gentem, ve, ve! sine lege manentem.

Per prius optentum semper sibi parlamentum
Per loca conseruat, in quo mala queque reseruat;
Est vbi persona regis residente corona,
Corpore presenti stat ibi vis parliamenti:
Sic, vbi cumque sedet presenciam regia, ledet,
Quod nullus sciuit sceleris que facta subiuit.

Heading 18 maiestatis CHs

Qualiter ad modum talpe, que semper terram effodiens eam continue subuertit, rex Ricardus, vtsuum regnum tyrannice disperdat, assiduis ymaginacionibus ad populi destructionem omnes suas cautelas indescienter coniectat.

Nota qualiter rex subtili fraude concessum sibi optinuit, quod vbi cumque sedere vellet cum certis personis sibi assignatis, per prius in-

Hoc factum regis fuit abhominacio legis,
Quo fremuit certe populus, set nullus aperte:
Sic tamen vt staret et tempora continuaret,
Rex sibi papales bullas habuit speciales;
Si quis in extento prius aut post parlamento
Quid contradicit, in eum sententia vicit.
Ad scelus implendum tunc rex habet omne timendum,
Excepto Cristo, qui non fuit auctor in isto;
Quicquid enim dicit clerus, populus maledicit,
Inuocat et Cristi vindictam pectore tristi.
Inde set oblitus rex pestifer hos sibi ritus,
Quos prius elegit, maledicto fine peregit;
Consensu, tactu, visu que ferocior actu
In regnum seuit, qui post sua crimina fleuit:
Que non audiuit auris, nec cor mala sciuit,
Tristia coniectat, populum quo perdere spectat.

Carte scribuntur et in omni parte leguntur,
Hasque sigillari iubet omnibus et venerari:
Perficit hoc clerus, si debeo dicere verus
Nescio, set gentes sua sunt exempla sequentes;
Nescia plebs legis, dum sperat premia regis,
Vt dicebatur, ad regia iussa paratur.
Vrbs, ager et villa cartis posuere sigilla,
Quo magis ad plenum conspergitur omne venenum:
Fallitur ex illo quisquis, cum firma sigillo
Culpa recordetur, qua proditor omnis habetur.
Cum sic quisque status sit in hiis cartis viciatus,
Vt veniam portet sibi soluere quicquid oportet;
Tunc exactores baratro magis audiores
Absoluunt gentes, pacem quasi sint redimentes.
Hec set cautela nichil est nisi ficta medela,
Nam magis insanus stat morbus cotidianus;
Rex populum pressit, et ab inde quiescere nescit,
Semper turbatur, semper sua regna minatur.

Post primas cartas alias statuit magis artas,
Set de scriptura patuit non vna figura.
Has eciam villis iubet affirmare sigillis;
Qualis finis erit quisquis sub murmure querit;
Et sic velata facie plebs illaqueata,

69 affirmare C

ceptum continuare
posset parlamentum.

50 Nota de primis cartis, quas scriptas ex regis compulsionem tam clerus quam populus formidans sigillauit: tali enim subtilitate rex varias regni sui patrias spoliando destruxit.

60

Nota de secundis cartis que blanchechartres vulgariter 70 nuncupantur.

Qualiter rex Ricardus omnis malicie plenusatrenuissimum dominum Henricum, tunc Derbeie Comitem Ducisque Lancastrie filium et heredem, sola ex inuidia, vt ipsum perderet, in exilium proiecit.

Quod facit ignorat, ita dum fortuna laborat.
 Accidit interea, dum terra fuit pharisea,
 Est noua lis mota, quam nouerat Anglia tota.
 Nobilis Henricus, omnis probitatis amicus,
 Hic tunc florebat super omnes plusque valebat;
 Vt rosa flos florum, melior fuit ille bonorum,
 Custos Anglorum, per quem lux fulsit eorum,
 Exemplar morum que probacior ille proborum:
 Ad loca bellorum leo conerit arma luporum;
 Eius cognomen venerabile percipit omen,
 Quod numquam victum rutilat Lancastria dictum.
 Hunc patre viuente de sorte superueniente
 Rex delegauit et eum sine labe fugauit;
 Rex etenim nouit, ad eum quod patria uouit,
 Vnde timens sortem dolet eius habere cohortem:
 Inuidus hanc causam gestat sub pectore clausam,
 Donec disperdat iustum sine iureque perdat.
 Hic tamen ex more solito pro regis honore
 Semper promptus erat, aliter quo premia sperat;
 Sic nichil offendit, quo rex sibi dampna rependit,
 Set quia cunctorum rex oderat acta proborum.
 Singula non scripsi, que dux bona contulit ipsi;
 Si meritum detur, tunc dux mala nulla meretur:
 Exilium tortum gremio de regis abortum
 Hoc pro finali mercede datur speciali.

Purus ad omne latus sic exulat immaculatus,
 Et quem decepit rex Anglus Francia cepit:
 Stans ibi preclarus regno fuit vndique carus,
 Quo sibi concreuit requies, set non requieuit.
 Dum genus exquirat in quo sibi iura requirit,
 Quem deus absoluit patri mors omnia soluit;
 Sic, patre defuncto, de consilio sibi iuncto
 Est tunc querendum, melius sibi quid sit agendum:
 Et sic consultus velut heres Miles adultus,
 Que sua cognoscit post patrem propria poscit.
 Hos per rumores adeunt ambassiatores
 Regem querentes, legem super hocque petentes;
 Set qui cuncta vorat non audit quod pius orat,
 Exheredatum set eum iubet esse fugatum.

95 abhortum CH 109 pius] CHGH: prius S

Qualiter nobilis Henricus antedictus in partes Francie, vt ibi tempore exilii moraretur, animo constanti viriliter se transtulit.

Et sic nec regem iustum iustam neque legem
 Dux probus inuenit, dum vox sibi nuncia venit.
 Tunc confiscatus rapitur sine iure ducatus,
 Quo se confortat dux commoda nulla reportat;
 Pulli coruorum, pascit quos mater eorum,
 Non ita proclamant, quin plus sibi castra reclamant
 Regis fautores, terras que ducatus honores:
 Rex bona dispergit, qui non sine crimine pergit,
 Distribuens sortes, ditescat vt inde cohortes.
 Quod sic decreuit rex fama perambula creuit,
 Per mundum totum scelus hoc erit amodo notum.

O quam plura sinit deus, et cum tempora finit,
 Omnia tunc certe que sunt demonstrat aperte!
 Dux inspiratus tandem, quasi sit renouatus,
 Singula compensat perfecto cordeque pensat:
 Tortorem regem tortam creuisseque legem
 Cernit, et errores in vtroque statu grauiore:
 Signans se Cristo quesiiuit opem super isto,
 Qui, bene dum sperat, iubet vt sua propria querat.
 Ex subito more, saluo sibi semper honore,
 Partes subtiles Francorum dux quasi miles
 Cum paucis transit, nec ibi tardando remansit:
 Calisias iuit, vbi propria regna petiuit;
 Cum modica classe sic magnanimum remeasse
 Constat, et in nauis dux ducitur inde suauis.
 Primas Anglorum, tunc exul fraude malorum,
 Thomas deuote stat ibi, comitante nepote:
 Hos dux regalis, veluti gallina sub alis,
 Secum votiua saluos duxit comitiua.

Dux, Comes, Antistes, pariter solamina tristes
 Querunt sperantes, vbi venti sunt agitantes:
 Vela petunt portum quem sors prope contulit ortum;
 Vt dux concepit, Aquilonica littora cepit.
 Tunc magis audaci vultu cum plebe sequaci
 Exultans dicit, quod in hoc quasi prelia vicit.
 Ex animo forti dederat bona corda cohorti,
 Quod bene sperarent, quicquid sibi fata pararent.
 Sic congaudentes sub spe que nichil metuentes,
 Quo melius querunt, naues simul applicuerunt:

131 miles CHH: viles S 145 quasi] sua H

120

Nota qualiter post obitum patris sui ducis Lancastrie nobilissimus filius suus Comes antedictus, tunc de iure dux, vt ipse hereditatem suam vendicaret, de partibus Francie prouiso sapienter itinere Calisias adiit, vbi cum domino Thoma Cantuariensi Archiepiscopo, necnon Thoma filio et herede Ricardi Comitis Arundellie, vt prefertur, defuncti, vt in Angliam transfretaret, Cristo se commendans nauem ascendit.

130

140

Qualiter nobilis Henricus, tunc Dux Lancastrie, per mare nauigando portum querens tandem prope Grymmesby, Cristo mediante, littora pacifica sortitus est.

Dux prius egressus disponit humo sibi gressus,
 Primitus exorat que deum genuflexus adorat
 Votis sincere mentis, quod possit habere
 Victoris palmas, extendit ad ethera palmas;
 Vtque scelus guerre superet, dedit oscula terre,
 Pluraque deuota dux fecit ibi pia vota.
 De prece surrexit, surgendoque se cruce textit,
 Et tunc quam letas incepit adire dietas:
 Patria cum sciret quod saluus dux reueniret,
 Totus ei mundus occurrit vbique iocundus.

Qualiter ad serui-
 cium nobilis ducis
 quasi vniuersa terra
 gratanter se optulit.

Qualiter rex Ricar-
 dus tempore quo no-
 billis dux Henricus ap-
 plicuit, in partibus Hi-
 bernie inuiles dies ad
 sui confusionem infor-
 tunate consumpsit.

Qualiter apud Bris-
 tolliam capti et de-
 capitati fuerunt tres
 precipue regis fau-
 tores, qui in mortis
 articulo dicti regis
 condiciones multi-
 pliciter accusarunt.

Tunc rex Ricardus lepus est et non leopardus;
 Quem timor astrinxit, alibi sua robora finxit:
 Hic ducis aduentum presciuit ab ore scientum,
 Quo celer exiuit et Hibernica regna petiuit.
 Sepe silens plangit, quem tunc vecordia tangit,
 Ex quo singultus plures rex cepit adultus.
 Sic redit absente dux noster rege timente,
 Nec quid presumit, sua propria dumque resumit.

Dux probus audaci vultu cum plebe sequaci
 Regnum scrutatur, si proditor inueniatur;
 Sic tres exosos magis omnibus ambiciosos
 Regni tortores inuenerat ipse priores:
 Ense repercussi periunt Scrop, Grene que Bussy;
 Hii quasi regales fuerant cum rege sodales.
 Scrop Comes et Miles, eius Bristollia viles
 Actus declarat, quo mors sua fata pararat;
 Greneque sorte pari statuit dux decapitari,
 Bussy conuictus similes quoque sustinet ictus:
 Vnanimes mente pariter mors vna repente
 Hos tres prostrauit, gladius quos fine vorauit,
 Sicut et egerunt aliis, sic hii ceciderunt;
 Quo dux laudatur regnumque per omne iocatur.
 Sunt tamen Henrici quamplures tunc inimici,
 Tales qui querunt obsistere, nec potuerunt:
 Sepius effantur et eum post terga minantur,
 Set non audebant, faciem cum respiciebant.

Tempore sic stante stat rex vbi stabat ab ante,
 Donec commota tremit eius concio tota:
 Sic magis ignari sceleres fiunt quasi rari,

Qualiter Ricardus
 rex de partibus Hi-
 bernie rediens Wal-
 lie littora cepit.

172 Scrop SCH Bussy G

188 sceleres SHGH celeres C (corr.)

Omnes sorte pari dubitant qua parte iuuari.
 Tunc fortuna rotam diuertit ab inde remotam,
 Cecaque permansit, dum rex super equora transit.
 Quos laqueos fecit in eos, sua culpa reiecit,
 Qui laqueatus erit, patrie dum littora querit.
 Hoc non obstante, vento tamen exagitante,
 Portum fatalem sors reddit ei specialem;
 Inque suas clauas cepit fera Wallia naues,
 Quas cito dissoluit, regis cum facta reuoluit.
 Rex mittens sortes mandauit habere cohortes,
 Set nichil inuenit, vbi gracia nulla reuenit.
 Hoc ita cumque vident, quidam sub murmure rident,
 Et quidam fientes fuerant de corde dolentes:
 Prospera que nescit, tunc regia pompa recessit,
 Quisque viam vertit subito, nec ad arma reuertit.
 Tunc rex, vt dicit, sua fata dolens maledicit,
 Nec timet hinc Cristum, mundum nec abhorruit istum,
 Non est contritus, nec vult dimittere ritus,
 Vt prius errauit, sic semper continuauit;
 Sic furit ipse malis semper sine lege feralis,
 Principio qualis steterat, stat fineque talis.
 Cautus vt inuadit agnos, quos ledere vadit,
 Vulpis, in occulto sic rex a tempore multo,
 Pectore subtili iuuenis sub fraude senili,
 Omne scelus poscit, regnum quo perdere possit:
 Tunc super omne tamen conspirat habere leuamen,
 Vnde ducis sortem fallat fugiatque cohortem.
 Hinc perscrutatur dolus et fraus continuatur,
 Si quid prodesse poterit cogente necesse:
 Est ibi vis nulla, velut os perit absque medulla,
 Rex qui posse caret pro tunc sine viribus aret:
 Per loca, per castra fugit, et si tunc super astra
 Scandere sciuisset, transcendere tunc voluisset.
 Sic tumor elatus nuper tam magnificatus
 Est timor effectus, latitans quasi talpa reiectus.
 Quem non preseruat Cristus, se non homo seruat,
 Et quamuis tarde de te loquor ista, Ricarde.
 Peruigil a sompnis quod dicitur audiat omnis,
 Et quod dicitur regnis exemplificetur.

197 fata C

219 protunc CHs

Qualiter rex Ricar-
 dus cum suis fautori-

bus nobili duci Henrico eisdem in Wallia occurrenti se reddiderunt.

Est rota fortune quodammodo regula lune,
Que prius albescit de nocte que post tenebrescit;
Sic de quo scripsi Ricardo contigit ipsi: 230
Dum stetit ad plenum, steterat sibi tempus amenum,
Set cum decrescit, lucem tunc nebula nescit;
Cum se peruertit, sua spera retrograda vertit.
Nil sibi de bellis, quia stat sibi terra rebellis,
Nec mare succurrit, fugiens quia nauta recurrit;
Spes sibi collata non est, set et vndique fata
Ipsum torquebant, et ad ima repente ruebant:
Non ita secreta loca sunt neque castra quieta,
Que tunc secreta fuerant pro sorte futura.
Finis adest actus, capitur rex fitque subactus, 240
Et reliqui tales, sibi sunt qui collaterales,
Caute ducuntur capti, qui fata sequuntur:
Sic rex preuentus ducis est virtute retentus.

Augusti mensis dedit hoc, quo Londoniensis
Vrbs congaudebat, que ducem cum laude canebat.
Sicut arena maris, occursus adest popularis,
Tanti victoris benedicens gesta vigoris.
In Turrim transit R., sub custode remansit;
Sic caput Anglorum minimus iacet ipse minorum.

Vt sit opus planum, nichil et de pondere vanum, 250
Apponendo manum dux purgat ad horrea granum;
Iustos laudauit, iniustos vituperauit,
Hos confirmauit, hos deprimat, hos releuauit.
Regni primatem, crudelem per feritatem
Quem rex explantat, dux ex pietate replantat:
Humfredum natum patre defuncto spoliatum,
Quem rex transduxit, hunc dux probitate reduxit.
Nil tibi desperes, Arundell profugus heres,
Prospera namque ducis fatis tua fata reducis.
Warwici Comitem, cuius sine crimine litem 260
Dux pius agnouit, saluum de carcere mouit:
Cobham sorte pari dux fecit et hunc reuocari;
Exilio demptus iustus redit ille redemptus
Nec prece nec dono, Cristo mediante patrono.
Tanta tulit gratis primordia dux bonitatis:
Vt bona tam grata super hoc sint continuata,

239 tunc CGH: nunc SH 258 Arundell MSS.

Qualiter nobilis Henricus vna cum rege Ricardotalis Londonias veniunt, vbi dictus rex in turrim positus per aliquod tempus sub custodia remansit.

Qualiter nobilis Henricus proceres quoscumque per regem Ricardum in exilium delegatos ad propria mitissime reuocauit.

Cristus adhuc mentem ducis efficit esse manentem.
Londoniis festo Michaelis tunc manifesto,
Stent vt ibi tuta, sunt parlamenta statuta:
Quilibet attendit que sors sibi fata repondit, 270
Semper et in gente fit murmur rege regente.

Interea transit moriens nec in orbe remansit
Humfredus dictus, redit ille deo benedictus:
Defuncto nato, cito post de fine beato
Mater transiuit, nati dum funera sciuit:
Primo decessit Cignus, dolor vnde repressit
Matrem cum pullo, sibi mors nec parcat in vlllo.
Est apud antiquos dictum, 'Defunctus amicos
Vix habet,' a tergo caueat sibi quilibet ergo:
Quisque suum pectus tangat viuens homo rectus, 280
Nec sic gaudebit, quia singula vana videbit.
Scribere iam restat, que mundus adhuc manifestat,
Vt sit opus tale cunctis speculum generale.

Tunc prius incepta sunt parlamenta recepta,
De quibus abstractus Ricardi desinit actus.
Ecce dies Martis, nec adest presentia partis,
Non sedet in sede, quem culpa repellit ab ede;
Denegat in scanno loca tunc fortuna tiranno,
A visu gentis quem terruit accio mentis.
R. non comparet, alibi set dummodo staret, 290
Causas assignat, quibus H. sua scepra resignat:
Substituit aliquos proceres tunc iuris amicos,
Ad quos confessus proprio fuit ore repressus.
Hiis circumspicis aliisque sub ordine lectis,
R., qui deliquit, hunc curia tota reliquit;
Hunc deponebant, plenum quem labe sciebant,
Nec quis eum purgat, iterum ne forte resurgat:
Tunc decus Anglorum, set et optimus ille bonorum,
H. fuit electus regno, magis est quia rectus.
Sola dies tentum tulit istud parlamentum, 300
Nec magis expressit pro tunc, set ab inde recessit:
H. tamen extenti noua tempora parliamenti
Proxima decreuit, quo regni gloria creuit.
Quando coronatus foret et de fine leuatus;
Tunc processus erit super hoc quod curia querit;

291 quibus SG et ad CHH

Qualiter assignatum fuit parlamentum tenendum apud Westmonasterium ad festum Sancti Michaelis tunc proximi. Et interim Humfredus filius et heres ducis Glouernie vna cum matre sua corporis infirmitate mortui sunt.

Qualiter primo die parliamenti rex Ricardus personaliter non comparuit, set alibi existens titulo corone sue sub forma magis autentica penitus renunciauit; super quo nobilis Henricus, vniuerso populo in eius laudem conclamante vt rex efficiatur, electus est.

Qualiter parlamen-
tum continuatur vsque
post coronacionem.

Qualiter in die sol-
lemni nobilis Henri-
cus in Solium regie
maiestatis sublimatus
cum omni gaudio cor-
onatur.

Nota, qualiter iura
corone serenissimo
iam regi nostro Hen-
rico quarto tribus mo-
dis accrescunt :
Primo Successione :
Secundo eleccione :
Tercio conquestu sine
sanguinis effusione.

Qualiter parlamen-
tum adhuc fuit conti-
nuatum.

Interea gentes viuunt sub spe recolentes,
Quod nouus errores rex conteret anteriores.

Sexta dies stabat Octobris, quando parabat
Rex nouus optata sua parlamenta nouata :
Curia verbalis fuit et non iudicialis,
Ad tempus restat nichil et de pondere prestat :
Dicitur expletum quod nil valet esse quietum,
Donec persona regis sit operta corona ;
Sicque coronari, quem Cristus vult venerari,
Corditer exultat plebs omnis et inde resultat.

Qui res disponit et eisdem tempora ponit,
Ille diem fixit, Henricum quo benedixit :
Predestinauit deus illum quem titulauit,
Vt rex regnaret sua regnaque iustificaret.
Quem deus elegit, regali laude peregit,
Vnde coronatur in honoreque magnificatur :
Tempore felici poterunt sollempnia dici,
Que tam sacratis horis patuere beatis ;
Edwardi festa Confessoris manifesta
Henrici festum Regis testantur honestum.
Plebs canit in mente que resultat in ore loquente,
Quisque colit Christum, quia regem suscitatur istum ;
Vix homo pensare poterit seu dinumerare,
Que tunc fulserunt sollempnia quanta fuerunt :
Omnis terra deum laudat que canit iubileum,
Henricum iustum que pium que ferum que robustum.
Vnde coronatur trino de iure probatur,
Regnum conquestat, que per hoc sibi ius manifestat ;
Regno succedit heres, nec ab inde recedit ;
Insuper eligitur a plebe que sic stabilitur :
Vt sit compactum, iuris nil defuit actum ;
Singula respondent Henrici iuraque spondent.

Fama volans creuit, que climata cuncta repleuit,
Quo laus vexilli super omnes prefuit illi :
Sic regnat magnus reprobis leo, mitibus agnus,
Hostes antiquos qui terret et augit amicos.
Luna diem donat, qua Regem terra coronat,
Marsque sequens terre dat parlamenta referre :

309 margin continuatum fuit CH fuit continuatum Hs
maiestatis CHHs 303 sacratus C 340 regnant C

310

320

330

340

318 margin

Rex sedet et cuncti proceres resident sibi iuncti,
Stant et presentes communes plus sapientes ;
Tempus erat tale communeque iudiciale.
Quod bene prouisum nichil est a iure rescisum ;
Est quia protectus, letatur sic homo rectus,
Et metuunt reliqui sua dampna dolenter iniqui.

Set quia plus dignum prius est recitare benignum, 350
Que sunt maiora scribens recitabo priora :
Henrici natus Henricus, honore beatus,
Est confirmatus heres Princepsque vocatus :
Sic pars abscisa, summo de iudice visa,
Arboris est vncta veteri stipitique reiuuncta.
Istud fatatum fuit a sanctisque relatum,
Quod tunc compleuit deus, ex quo terra quieuit :
Hoc facto leta stupet Anglia laude repleta,
Cordeque letatur, quia stirps de stirpe leuatur.

Tunc de consensu Regis procerum quoque sensu, 360
Plebe reclamante, stant parlamenta per ante ;
Sic procedebant super hiis que gesta videbant
Ad commune bonum, recolentes gesta baronum.
Que prius Vrsus, Equus et Olor, qui dicitur equus,
Nuper fecerunt, firmissima constituerunt ;
Et que pomposa peruersaque fraude dolosa
Ricardus fecit, hec curia tota reiecit.
Et tunc tractatum fuit illud opus sceleratum,
Quo dudum Cignus periit sine iure benignus ;
Iusticie vere vindictam clamat habere
Omnis ob hoc funus populus, quasi vir foret vnus :
Sic communis amor popularis et vndique clamor
Extitit acceptus a Rege que lege receptus.

Infortunatus Ricardus, plus sceleratus,
Omnibus ingratus, fuit vndique tunc maculatus ;
Sic quasi dampnatus abiit pre labe reatus,
Quo stetit elatus sub carcere magnificatus.
Eius fautores, qui sunt de sorte priores,
Tunc accusati sunt ad responsa vocati :
Hi responsales submittunt se speciales
Iudicio Regis, per quem silet vicio legis.

Regia nam pietas sic temperat vndique metas,
347 rescisum CHs 369 iure SG labe CHHs

z z

Qualiter Henricus,
Regis tunc Henrici
primogenitus, statum
que nomen Principis
de consensu omnium
glorioso adeptus est.

Qualiter ea que nu-
per in parlamento
tempore Ricardi per
ducem Glouernie et
socios suos gesta fue-
runt, presens parla-
mentum confirmauit ;
et ea que Ricardus in
ultimo suo parlamen-
to constituit, presens
eciam parlamentum
penitus cassauit.

Qualiter Ricardo
suis ex demeritis iudi-
cialiter condemnato,
ceteri qui cum eo ac-
cusati erant, tantum-
modo ex mera regis
pietate quieti perman-
serunt.

Quod nil mortale datur illis iudiciale;
 Est tamen ablatum, quod eis fuit ante beatum,
 Vocibus Anglorum venerabile nomen eorum;
 Corpora stant tuta, cecidit set fama minuta,
 Dux redit in Comitem, quatit et sic curia litem,
 Labitur exosus Bagot, quem rex pius
 Erigit, et mite prolongat tempora vite.
 Sic pius Henricus, inimico non inimicus,
 Gracius, vt debet, pro dampno commoda prebet;
 Ipse pium frenum laxat, quia tempus amenum
 Appetit, et Cristo placuisse putauit in isto.
 Non tamen in gente placet hoc, set in ore loquente
 Publica vox dicit, leges quod mammona vicit;
 Iusticiam queri plebs vult, rex vult misereri,
 Et sic fortuna pro tempore non fuit vna:
 Rex excusatur, nam dicunt quod variatur
 Consilio tali, quo res latet in speciali.

Qualiter, finito parlamento, infra breue post quidam impii instigante diabolo, vt ipsi pium Regem Henricum cum sua progenie a terra delerent, proditorie conspirantes insurrexerunt, quos ira dei preueniens in villa de Circestria per manus vulgi interfectos miraculose destruxit.

Quatuor auctores sceleris, Iuda nequiores,
 Ore dabant laudes, tacito sub cordeque fraudes;
 Holand, Kent, Sarum, Spenser, quasi fellis amarum,
 Federa strinxerunt, quibus H. seducere querunt.
 Viuere quos fecit pius H., nec eis male fecit,
 Hii mala coniectant in eum, quem perdere spectant;
 H. etenim pacem dedit illis, hiique minacem
 Eius spirantes mortem sunt arma parantes:
 Sic nimis ingrati mala retribuunt bonitati,
 In caput illorum tamen est vindicta malorum.
 Nam, qui cunctorum cognoscit corda virorum,
 Detegit occulta, quibus accidit vlcio multa:
 Cum magis instabant subitoque nocere putabant,
 Ex improviso periunt discrimine viso.
 Per loca diuersa fuit horum concio spersa,
 Quos deus extinxit, nec in hoc miracula finxit;
 De populo patrie, nato comitante Marie,
 Quatuor elati perierunt decapitati.
 Ecce dei munus! populus quasi vir foret vnus,
 Surgit ad omne latus, sit vt H. ita fortificatus.

Quod satis est carum, conciuēs Londoniarum
 Nobilis Henrici steterant constanter amici:

Qualiter regis nati in custodia tunc Ma-

404 malefecit C

Rex iubet et prompti fuerant armis cito compti,
 Eius et in sortem magnam tribuere cohortem.
 Vrbs fuit adiutrix, que Regis tunc quasi nutrix
 Natos seruauit, et eos quasi mater amauit;
 Regis enim camera fuit vrbs hoc tempore vera,
 In qua confisus multum fuit ille gauisus:
 Sic pius in Cristo pietatem sentit in isto,
 Quo preseruatur et regnum clarificatur.

Anglicus a sompnis quasi surgens vir canit omnis, 430
 R. cadit, H. regnat, quo regnum gaudia pregnat.

Tempore quo facta sunt hec Ricardus ad acta
 Non foris exiuit, qui quando pericula sciuit,
 Quod sors falsorum destructa fuit sociorum,
 Fortunam spreuit et eorum funera fleuit.
 Tunc bene videbat, quod ei fraus nulla valebat,
 Quo contristatus doluit quasi morte grauatus:
 Ecce dolor talis suus est, quod spes aliquis
 Amodo viuentem nequii conuertere flentem.

Qui tamen astabant custodes sepe iuuabant, 440
 Ne desperaret, dum tristia continuaret;
 Set neque verborum solamina cepit eorum,
 Dum lacrimas spersit, sibimet nec amore pepercit:
 Sic se consumit, quod vix si prandia sumit,
 Aut si sponte bibit vinum, quo viuere quibit;
 Semper enim plorat, semper de sorte laborat,
 Qua cadit, et tales memorat periisse sodales:
 Solam deposcit mortem, ne viuere possit
 Amplius, est et ita moriens sua pompa sopita.
 Anglia gaudebat, quia quem plebs plus metuebat 450
 Cristus deleuit, quo libera terra quieuit:

Set probus Henricus, pietatis semper amicus,
 Ad Cristi cultum corpus dedit esse sepultum
 Sollempni more, quamuis sine laudis honore.
 Langele testatur quod ibi Ricardus humatur;
 Ipse loco tali magis omnibus in speciali
 Corpus donauit, quod mundus habere negauit.
 Sic bona proque malis H. mitis et imperialis

ioris Londoniarum pro securitate secundum tempus fidissime seruabantur.

Qualiter Ricardus, cum ipse noua de morte illorum qui apud Circestriam, vt predictum est, interierunt audisset, seipsum omni cibo renunciantem pre doloris angustia morientem extinxit.

428 pius CHH: prius SG 431 pregnant C
 ipsum CH 438 suus CHH: suis SG

436 margin se

Reddit ei mite, qui clauserat vltima vite:
Mortuus R. transit, viuens probus H. que remansit, 460
Quem deus extollit, et ab R. sua prospera tollit.

O quam pensando mores variosque notando,
Si bene scrutetur, R. ab H. distare videtur!
Clarus sermone, tenebrosus et intus agone,
R. pacem fingit, dum mortis federa stringit:
Duplex cautelis fuit R., pius H. que fidelis;
R. pestem mittit, mortem pius H. que remittit;
R. seruitutem statuit, pius H. que salutem;
R. plebem taxat, taxat pius H. que relaxat;
R. proceres odit et eorum predia rodit, 470
H. fouet, heredesque suas restaurat in edes;
R. regnum vastat vindex et in omnibus astat,
Mulset terrorem pius H., que reducit amorem.
O deus, Henrico, quem diligo, quem benedico,
Da regnum tutum nulla grauitate volutum:
Vite presentis pariter viteque sequentis
Da sibi quodcumque felicius est ad vtrumque.

Cronica Ricardi, qui scepra tulit leopardi,
Vt patet, est dicta populo set non benedicta:
Vt speculum mundi, quo lux nequit vlla refundi,
Sic vacuus transit, sibi nil nisi culpa remansit. 480
Vnde superbus erat, modo si preconia querat,
Eius honor sordet, laus culpat, gloria mordet.
Hoc concernentes caueant qui sunt sapientes,
Nam male viuentes deus odit in orbe regentes:
Est qui peccator, non esse potest dominator;
Ricardo teste, finis probat hoc manifeste:

468 line om. C 473 Mulcet GHs 478-483 As follows in G.

O speculum mundi, quod debet in ante refundi,
Ex quo prouisum sapiens acuat sibi visum,
Cronica Ricardi, qui regna tulit leopardi, 480
Vt patet, est dicta, populo sed non benedicta.
Quicquid erat primo, modo cum sors fertur in ymo,
Eius honor sordet, laus culpat, gloria mordet.

479 ff. margin Text SG Hic in fine cronicam Regis Ricardi secundum sua demerita breuiter determinat CH Hic determinatur de demeritis Regis Ricardi Hs 479 populo set non benedicta SC violenta grauis male-dicta HHs

Nota hic secundum commune dictum de pietate serenissimi regis Henrici, necnon de impietate qua crudelissimus Ricardus regnum, dum potuit, tyrannice vexauit.

Hic in exemplum aliorum Ricardi demerita commemorans finaliter recapitulat.

Post sua demerita periit sua pompa sopita;
Qualis erat vita, cronica stabit ita.

Explicit Cronica presentibus que futuris vigili
corde Regibus commemoranda.

Sequitur carmen vnde magnificus Rex noster Henricus prenotatus apud deum et homines cum omni benedictione glori-ficetur.

REX celi deus et dominus, qui tempora solus
Condidit, et solus condita cuncta regit,
Qui rerum causas ex se produxit, et vnum
In se principium rebus inesse dedit,
Qui dedit vt stabili motu consisteret orbis,
Fixus in eternum mobilitate sua,
Quique potens verbi produxit ad esse creata,
Quique sue mentis lege ligauit ea,
Ipsa caput regum, reges quo rectificantur,
Te que tuum regnum, Rex pie, queso regat. 10
Grata superueniens te misit gracia nobis,
O sine labe salus nulla per ante fuit:
Sic tuus aduentus noua gaudia sponte reduxit,
Quo prius in luctu lacrima maior erat.
Nos tua milicia pauidos releuauit ab ymo,
Quos prius oppressit ponderis omne malum:
Ex probitate tua, quo mors latitabat in vmbra,
Vita resurrexit clara que regna regit:
Sic tua sors sortem mediante deo renouatam
Sanat et emendat, que prius egra fuit. 20
O pie rex, Cristum per te laudamus, et ipsum
Qui tibi nos tribuit terra reuiuia colit:
Sancta sit illa dies, qua tu tibi regna petisti,
Sanctus et ille deus, qui tibi regna dedit!
Qui tibi prima tulit, confirmet regna futura,

488 f. Sic diffinita stat regia sors stabilita;
Regis vt est vita, cronica stabit ita. G

EXPLICIT. a Regibus SG iugiter CHHs

REX CELI, &c. The MSS. referred to for this and the two succeeding pieces are SCHGHs and (for this piece and the next) the Trentham MS. (T).

12 Quo T 15 milicia S (corr.) milicies CHHsT